



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 27. Idem Judicum sententia apud Nannetes laqueo suspensus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A.C. 1485

tis esse hujus Viri excidium, quapropter Britones ceteris ita uniti ad Nannetense castrum, ubi Britanniae Dux cum Landasio cliente suo agebat, recta contendunt, illisque Nannetenses, cum non nisi proditoris hujus poenam deposci satis persuasi essent, urbis portas ultro aperiant, ac unacum suis popularibus Landasium judicio sisti, sique criminum ipsi objectorum reus esset, absque omni veniæ spe condemnari postulant; Insuper Comitem de Fuxo, ejusdemque nominis Cardinalem ad Britannum ablegant, a quo tamen minime auditi sunt; nihilominus urgente seditionis civilis metu Landasius hostium suorum arbitrio relictus, Francisco Christiano, qui Ducis Cancellarius erat, tradebatur.

§. XXVII.

Landasius judicium sententia apud Nannetes laqueo suspensus.

Quamvis Britanniae Dux Cancellario suo disertis verbis comminatus esset, quod in ipsius caput fatalis Ministri sui eventus recideret, Britones tamen Landasium, quem in sua potestate habebant, in judicium adducunt, postulantes, ut quaestione habita ejusdem causa secundum juris praescripta decideretur. Ergo accusatus tormentis subjicitur,

citur, cunctaque sua crimina fatetur, præ-
 cipue vero, quod ejus jussu Calvinus
 Cancellarius carceris squaloribus confe-
 ctus obiisset; equidem Britanniae Dux,
 dum Landasium comprehendi permiserat,
 stricte præcepit, ut eidem vitæ venia fie-
 ret, & cujuscunque demum criminis
 reus probaretur, semper tamen de Ducis
 gratia certus haberetur: nihilominus
 nulla habita hujus mandati ratione Bri-
 tones Nannetense castrum satellitibus
 undique cingunt, ne ferendæ senten-
 tiæ notitia ad Ducem deferri posset.
 Ergo die decima nona Julii Landa-
 sius capitali judicio damnatus laqueo su-
 spensus oblit. Confluxerat quidem ad
 hoc spectaculum innumera pene homi-
 num multitudo, nullus tamen ex adstan-
 tibus de infelicis hujus Viri fato misera-
 tionis sensum vel gestu vel verbis exhi-
 bebatur; interea vero, dum supplicium
 de reo sumebatur, Lescurius Conven-
 nensis Comes anxias Ducis curas variis
 sermonibus fallere satagebat, ab eoque
 perpetuam præteriti delicti oblivionem
 impetrabat rebellibus, qui postea Ducem
 adeuntes ad ejus pedes provoluti pro ob-
 tenta venia meritam, debitamque gra-
 tiam persolverunt, summam eidem fide-
 litatem polliciti. Hic denique erat exi-
 tus nominatissimi illius clientis, qui tan-
 to tempore Ducis sui gratia ad quævis
 Hist. Eccles. Tom. XXX. S crimi-

Sæcul XV.
 A.C. 1485.

Chausin.

le Sigrens
 de Lejeun.

Sæcul. XV.
A.C. 1485.

crimina impune patranda abutebatur, tandem vero dignas scelere pœnas dabat. Tragicum hujus Viri fatum Ducem omnino latebat, donec infelix ille in Ecclesia Carmelitarum terræ mandatus esset, quo comperto quamvis parum illius vicem dolere videretur, nihilominus cum Comitissam Bellojoviensem præcipuam hujus supplicii causam existitisse crederet, vindictam in eam parabat.

§. XXVIII.

Dux Aurelianensis in salutato hospite in Britanniam profugus.

Saligny hist.
Car. VIII.

Equidem Aureliæ Dux Landasio fatis erepto, fatis firmo destituebatur præsidio, haud tamen adeo spe sua deiciebatur, quin in aula Britannica clandestina foveret consilia, quibus Franciæ Gubernatricem perderet. Nec illius spem frustrabat eventus; quippe Arusiæ Principem, necnon Convennarum Comitem, qui ambo tum in Britannia agebant, dextre ad suas partes pertraxit. Comitissa rem edocta Regem inducit, quatenus Ducem, qui continuo Aureliæ hærebat, obtestaretur, ut Ambasiam veniret, regiamque curiam accederet, Senatus sessionibus interfuturus; Primo quidem oblectabatur Aurelianensis; deum vero, ubi Giensis Marescallus itera-

ta